



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Directo-||rvm Exercitio-||rvm Spriritva-||livm P. N.|| Ignatii

Acquaviva, Claudio

Ingolstadii, 1592

VD16 A 125

Capvt XX. De Regulis tradendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60966](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60966)

136 *Direct. Exercit. Spirit.*

Superioris, vel Præfecti spiritualis, quibus quisque patefacere modum debet, quem in orando tenet, eoque magis si paulum discedat ab ordinario modo. Cæterum tres hi modi non solum aliis aliis aptior erit pro personarum varietate, sed etiam persona eadem pro varia dispositione animi, vel corporis aptior erit modo ad vnum, modo ad alium, vt v. g. cum aliquis est fatigatus, vel male habet, non erit bene dispositus ad longiorem meditationem, & mentis excursum, & tunc magis iuuabitur secundo, vel tertio modo. Quod intelligendum est non solū in hac quarta hebdomada, sed reliquo omni tempore.

De Regulis tradendis.

CAPVT XX.

REGLAE QVAE additæ sunt in fine exercitiorum, non ideo positæ sunt, vt omnibus proponantur, sed vt quisque eguerit, vel etiam desiderauerit pro sua deuotione. Quare illæ quæ agunt de distributione eleemosynarum, non debebunt dari nisi iis, qui locuples

tes



tes sunt, & qui solent, aut possunt eleemosynas facere. Similiter quæ agunt de scrupulis, non est cur dentur iis, qui nullis scrupulis agitantur. Illæ item quæ ad Catholicam doctrinam pertinent, iis potissimum tradendæ sunt, qui in locis, vel cum personis suspectis versantur, quamquam omnibus etiam operariis, & iis qui verbum Dei tractant, utiles sint, quia directe pugnant contra sensa, & dicta hæreticorum nostri temporis.

*Brevis explicatio nonnullorum, quæ in
Directorio de tribus viis at-
tinguntur.*

CAPUT XXI.

QVONIAM IN HOC Directorio, & in Exercitiis tradendis fit mentio viæ purgatiuæ, illuminatiuæ, & vniuersitatiuæ, & quod his respondent ordine suo hæc quatuor hebdomadæ, ideo visum est pro maiori notitia huius rei aliquid addere. Non enim hoc ita accipendum est, ut intelligatur aliquis peracta prima hebdomada, perfecte & plene pur-